



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Cap. IX. De eadem absolutione jure delegationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

men quatuor casus. Ita Coninch. *disp. 14. de excom. n. 656.* Primus, quando quis fuit excommunicatus per Delegatum Pontificis ad certam causam finiendam, si non vult parere ejus sententiae definitivae, & per annum in contumacia perseveret; tunc enim non potest ipsemet, qui excommunicavit, sed solus Summus Pontifex: ita habetur *C. quaremi de off. Deleg.* Secundus, quando excommunicatio lata ab inferiore confirmatur à Superiore ex perfecta cognitione causae, & ex certa scientia, tunc enim excommunicatio evadit reservata ipsi Superiori: ita Coninch. *d. 14. de excom. n. 656.* Tertius, quando Episcopus aliquem excommunicat, reservatque ejus excommunicationis absolutionem, non sibi, sed Papae, tunc enim solus Summus Pontifex absolvet. Ita Campani in *divers. Jur. rubr. 1. c. 15. n. 132.* cui adde Donat. de Marinis *l. 9. controu. 17.* licet hunc tertium casum neget Diana *p. 1. tr. 4. resol. 158.* dicens, adhuc posse per legitimam appellationem, Metropolitanum. Quartus, quando incendiarii sunt nominatim excommunicati, & denuntiati, tunc enim ex *C. tuanos de sententia excommunicationis*, à solo Summo Pontifice possunt absolvi.

9. Praedicta potestas, qua quis gaudet iure Ordinario, duos effectus parit in illam habente. Primus est, ut possit eam aliis delegare, id est habens iurisdictionem Ordinariam, potest eam aliis exercendam committere; Nam propterea rectè Barbosa *de potest. Episc. p. 1. tit. 4. num. 48.* ex Suar. aliiisque, notat, Archiepiscopum, dum ipse actu visitat Diocesim sui suffraganei, sicuti potest absolvere subditos praedicti suffraganei per se, ita etiam posse pro illo tempore per alios, quia tunc videtur iurisdictionem ordinariam. Atque hoc, quod dicimus, in hac materia, de qua agimus verum est, etiam si ejusmodi Ordinarius Sacerdos non sit: ut usu venire solet, quando Praelatus non est Sacerdos: Is enim, licet non possit per se absolvere, potest tamen illam potestatem Sacerdoti committere.

10. Secundus est ut inferior praesente Superiore, v.g. Provinciali praesente Generali, & localis, praesente Provinciali, possit liberè uti tota potestate, quam iure Ordinario habet: siquidem cum uterque sit Ordinarius independentem unus ab altero, suam quisque exercere iurisdictionem potest, sive alteri, ut modo diximus, suam potestatem conferendo.

§. II. An Ordinarii Praelati obligentur, ejusmodi potestatem reservatam absolventi, alteri delegare.

1. Hæc eadem est quaestio, atque illa, An Superior, Episcopus v.g. vel Praelatus Regularis, in casu occurrenti teneatur dare licentiam idoneo Confessario petenti auctoritatem absolventi, ejus subditum nolentem accedere immediatè ad Superiorem. Dico (in casu occurrenti) nam, an obligetur, antequam fiat petitio, constituere Confessarium, qui possit universaliter absolvere reservata, non multo ante dictum est *cap. 7. §. 2. a num. 26.*

2. Ad propositam autem quaestionem ex communi sententia universaliter idem dicendum est, quod de Praelatis Regularibus specialiter nuper indicavimus, *cap. 7. §. 2. a num. 37.* Id est, quando ex licentia non timetur rationabiliter damnum poenitentis, qui, ob facilitatem Absolutionis, non emendabitur, nec timetur damnum boni publici, vel tertii, ut esset gravis infamia communitatis, vel facilitas peccandi in aliis, qui casuum reservatorum legem non curarent, si hæc, inquam, non timentur, Superior licentiam denegare non debet, ac denegando mortaliter peccaret: multo magis, si Confessarius testetur poenitentem esse in periculo omittendi omnino Confessionem. Ita Quintanada, *de poen. sing. 13. n. 5.* lege item Castrop. *de poen. p. 1. §. 5. num. 5.* Quando vero aliquod ex his malis timetur (quod timeri posse rarissimum esse notant passim Doctores, quia hic agimus in foro conscientiae de peccatore, verè, ut

supponitur, poenitente) denegabit licentiam sine peccato. Sed addo, et in hoc casu, regulariter melius fore licentiam concedere, injungendo aliquam obligationem hujus, vel illius remedium, quo obviari probabile sit damno, quod timetur, itemque possint occasiones peccandi removeri.

3. Quod si dubium sit, an praedicta pericula decet omnino licentiam concedere Superiori, qui licentiam poenitentis ponendi sem ita gratis concessit, atque adeo prevalere debet praedicto dubio penali.

4. Quando Superior Regularis itrationibus per tam licentiam pro suo subdito denegat, quia rationes confessarius pro illa vice adhuc possit poenitentem abolvere, dictum est *supra c. 7. §. 2. a n. 40.* Quod certe non venio de Superioribus non Regularibus.

5. Illud autem hic est maxime inculcandum Superioribus, quibuscumque, ne quando ab ipsis postulata est licentia interrogant illas superaddunt, quae petant à Confessario, an peccatum poenitentis in talis rationis, an in talibus circumstantiis, an circumstantiis à Laico, an Sacerdote, an cum complice, vel sine eo, &c. hæc enim ob periculum prodegit poenitentem neque ipse exposcere, nec licet explicare Confessarius potest. Legatur Quintanada, *de poen. sing. 12. num. 13. num. 7.*

6. Denique seiscitabatur à me Confessarius Ordinarius, an ipse obligetur sumere omnes poenitentis obsequia Superiorem, ut impetret facultatem absolventi, qui poenitentem à peccato reservato? Respondetur, Hæc re nos satis egisse *lib. 3. Methodi Confessionis, cap. 9. a num. praef. 17.*

CAPVT IX.

Agimus in unum de Absolutione à reservatione, jure Delegationis.

§. I. Quis possit iure Delegationis absolvere à reservatione.

1. Vno verbo, is potest, qui legitime eam Delegationem habet: verum id latius indagetur in catione.

2. Dixi superius, & nunc suo loco confirmo, in eo ipso, quod, quis deputatur ad Confessiones excipendas, habere licentiam, seu Delegationem absolventi, reservatis: Imò si Praelatus tibi concessit Approbationem audiendi Confessiones, & absolventi à reservatione per annum visum, quo elapso, iterum concederet approbationem Confessiones audiendi, non intelligetur necesse dare potestatem absolventi à reservatione, ut notat Boninus *resol. 39. n. 8.* Debet ergo ejusmodi licentia esse expressa, ita ut, nec satis sit, si Superior tibi facultatem concedat eligendi Confessarium, quem velis, ut dicitur Bonifacius *cap. de poen. & remiss. in 6.* hæc de re loquitur, inquit, in Generali Confectione non venimus ad delegandum, sed ad eligendum, quia non esset quis verosimiliter concessurus. Legatur Suar. *de poen. d. 30. sect. 1. n. 3.* & Coriol. *de casib. p. 1. art. 9. sect. 2. ad n. 5.* Contra vero si Praelatus tibi concedat posse absolvere reservata, intelligitur concedere posse absolvere, etiam non reservata, & re approbata excipiendas Confessiones, quia, qui vult concedere vult etiam antecedens, seu id, sine quo aliud esse non potest, ut docet Pellizz. *tr. 6. c. 2. n. 15.*

Si autem licentia sit ad certum genus peccati, vel ad certum tempus (ut sit in Bulla Cruciatæ) sub certa materia, vel simili quapiam restrictione, non posse ultra illam alia peccata, vel ad aliud tempus, &c. extendi palam est.

3. Licentiam absolventi reservata concessam, aliam non habet, v.g. die 21. Decembr. 1642. durare usque ad diem 21. Decembris, sequentis anni 1643. docet Pellizz. *l. c. n. 10.* quia Dies termini non computatur in terminum, ad hoc ita iudicasse Doctores recentiores.

Verum penes hos Doctores sit ejusmodi dicti fides. Nam ceterum hæc, de qua agimus, est collatio iurisdictionis, quæ equiparatur Donationi. In Donationibus autem non video, quo modo dies termini non computetur in terminum. Si enim mihi dones, seu commodos, seu loces ad annum vsu tuæ domus, fitur donatio, seu locatio de momento ad momentum, ita testante ipsa praxi. Hæc mea doctrina late confirmatur ex iis, quæ adducit Merolla tom. 2. d. 4. cap. 4. a. n. 629. explicans illud pronuntiatum *Dies termini non computatur in terminum*. Et de traditione iurisdictionis ad absolvendum per Bullam Cruciatæ, ita supponunt communiter Doctores, Apud Bar. in exp. Bull. Cruc. p. 1. v. ad. 2. cap. 6. dicentes, eam durare præcisè, vel à Publicatione ad Publicationem, vel ad annum naturalem, &c. sine additione aliorum duorum dierum, &c.

4. Si delegans dicat, *Do tibi Confessario omnem meam auctoritatem*, non confertur tibi ulla potestas circa reservata, ut notat Coriolanus, l. c. quia sub tanta generalitate non veniunt ea, quæ speciali indigent concessione, qualis est potestas pro reservatis. At si dicat *Do omnes casus, seu concedo, ut ab omnibus casibus possis absolvere*, inclinat conferri potestatem in reservata idem Coriolanus; id enim videtur significare illud (omnes) siquidem, qui totum dat, nihil excludit: Nota in formula præcedente, nullo modo facta est mentio, nec casuum, nec omnium casuum.

5. Si Pontifex Summus dicat; *Concedo tibi, ut possis absolvere ab omnibus casibus mihi reservatis*, potes absolvere, etiam ab illis, quos Pontifex perpetuo delegavit Episcopis. Ij enim jam sunt, & remanent Pontifici, ut supra c. 6. §. 1. dictum est. Si idem Pontifex, propter magnam auctoritatem, quam supra Episcopus habet, dicat; *Do tibi potestatem absolventi casus Episcopo reservatos*, probabile est, te non posse absolvere casus prædictos, quia ij, ut jam dictum est, non sunt reservati Episcopo, sed Pontifici, & solum sunt Episcopo delegati. Verum probabile etiam est, te posse absolvere, quia propter delegationem factam perpetuam Episcopali dignitati, jam possunt dici aliquo tandem modo casus Episcopales, & casus Episcopo reservati, ut idem dicam inferius cap. 13. non. 13. posse probabiliter ex vi Bullæ Cruciatæ. Quod si Pontifex dicat, *Concedo tibi potestatem absolventi ab omnibus casibus, quos potest absolvere Episcopus*, tunc profecto multo probabilius poteris absolvere prædictos casus Episcopis perpetuo concessos, eos enim jam potest, licet per delegationem, & quidem perpetuam, Episcopus absolvere.

6. Idem dic, si ipse Episcopus dicat, *Do tibi, ut possis absolvere a casibus, & Censuris à quibus ego possim absolvere, vel a casibus, & Censuris Episcopalis, vel, ab omnibus meis casibus, & Censuris*: potes enim absolvere à prædictis, quia jam ab his potest absolvere Episcopus, & propter iurisdictionem ordinariam, quam in illa habet à Tridentino, ut diximus, aliquo tandem modo, sunt Episcopales, & Episcopo reservati. Idem erit, si dicat, à *Casibus, & Censuris mihi reservatis*, jam enim ob dictam delegationem, sicut illi possunt dici aliquo modo Episcopales, ita Episcopo reservati, & sic docet, loquens de abortu fetus animati. Bauci in selectis questionibus, quest. 48. petit. 8. De hæresi vide limitationem Tridentini §. 2. cap. 6. de Refor.

7. At si dicat idem Episcopus, *Do tibi omnes casus, quos mihi reservavi*; certe non poteris absolvere à prædictis, quia illos non sibi reservavit Episcopus, sed Pontifex, licet deinde eos Episcopis concesserit.

8. Si quicumque delegans dicat, *Concedo tibi, ut possis omnes casus reservatos etiam futuros absolvere*, poteris absolvere à futuris, quos reservabit ille idem, qui tibi hoc concessit, non vero, quos successor ejus reservabit, quia par in parem potestatem non habet, unde non potest ligare manus successoris, ut is non possit reservare, quos velit. Ita Pellizzar. l. c. n. 13. ex Bordonio.

9. Si tibi quis concedit absolute omnes casus refer-

Part 111.

vatos, & deinde per aliam formulam strictiorem, concedat limitatè, potes omnes absolute, ut habet ibidem Pellizzarius, ibi. n. 132. quia strictior concessio non est revocatio prioris concessiois, ergo adhuc remanet. Excepe, nisi strictior contineat aliqua forte verba priorem implicitè revocantia.

10. Si Nuntium mittas ad Prælatum, ut det tibi facultatem ad reservata, is autem eidem Nuntio dicat, se concedere: tu valide absolveres, etiam si tibi concessio non fuerit manifestata. Ratio, sicut ex doctrina Sanchi lib. 3. marr. disp. 36. docentis, prodesse privilegiato privilegium illi concessum, si obtentum est, non motu proprio concedentis, sed ad petitionem, seu ad instantiam Nuntij, vel Procuratoris, missi à dicto privilegiato, & ipsi Nuntio manifestatum, licet nondum manifestatum ipsi privilegiato: ita ergo in casu nostro, sed de hoc aliquanto latius dicemus mox à n. 18.

11. Si dicat Episcopus, vel Prælatus Regularis, *Concedo tibi facultatem absolventi à casibus reservatis*, non intelligitur ab excommunicationibus: nec, si concedat potestatem absolventi ab excommunicationibus, intelligitur data potestas in casibus reservatos. Ratio est, quia sunt diversæ potestates, & una ab altera non dependet, nam potestas excommunicationis absolventi, etiam in foro interno tantum, potest concedi cuicumque Clerico in Minoribus: cum potestas absolventi à casibus solum Sacerdotibus concedi possit. At vero, si Summus Pontifex concedat casus suos alicui, intelligi etiam excommunicationes satis diximus sup. c. 5. §. n. 5. & iterum dicitur infra cap. 10. n. 6.

12. Denique hic superest magis, ac magis, declarandum, quomodo interpretandæ sint ejusmodi concessiones absolventi à reservatis. Id quod, ut planius habeas, sequentem titulum præmittamus.

Concessio absolventi, largè, an strictè interpretanda?

13. Præmittenda hic est resolutio illius celestis questionis; an potestas absolventi à reservatis sit largè, an strictè interpretanda? Et quidem omnes, ut Sanchi lib. 8. marr. d. 2. n. 1. & Bardi de Bull. Cruc. p. 1. v. 1. c. 5. num. 6. conveniunt ordinariam potestatem absolventi à reservatis, quam habent Superiores, de quibus in cap. præcedente diximus esse interpretandam largè, quia omnis potestas dispensandi in legibus, qualis est etiam potestas absolventi à reservatis, cum respiciat Communitatem, cui vtile est habere, ad quem recurrant subditi, largè est interpretationis; licet ipsa actualis dispensatio, quia vulnerat jus commune (Dispensatio enim est concessio, ut non servetur aliqua lex) debeat strictè interpretari.

14. Quæstio igitur est solum de potestate delegata, Vtrum scilicet potestas, quam Episcopus mihi dat, ut absolvam poenitentes à reservatis, largè sit interpretanda, an vero strictè.

Distingunt communiter Doctores, asserentes, potestatem prædictam delegatam Confessario, non expressis personis absolventis, esse largè interpretandam, quia tunc adest prorsus similis ratio boni Communitatis, ut modo dictum est de potestate ordinaria. Ita Castropal. de leg. disp. 4. punct. 11. n. 2. & 3. alios citans. At Quando delegata est, expressis personis absolventis, duplex est sententia; Sanchi lib. 8. de marr. disp. 2. n. 6. cum aliis distinguit si facultas dicta absolventi conceditur Confessario, cui Superior vult favere, late esse interpretandam, si conceditur in gratiam ipsius poenitentis absolventi, esse interpretandam strictè.

15. Castropalus verò, loco citato numero 5. absolute in vtroque casu, potestatem delegatam absolventi à reservatis, quando exprimuntur personæ absolventæ, esse ait interpretationis strictæ. Illud tamen numero 7. notat, potestatem concessam absolventi à reservatis in Iubilæis, & in Bulla Cruciatæ esse largè interpretandam, quia est data in

G 2

bopum

bonum commune Fidelium, quod dici non potest (ait ipse) de licentia data à Prælati quando saltem datur pro aliquo peculiari pœnitente. Vtraque sententia videtur probabilis.

16. His breviter explicatis, iam pater responsio ad quæstionem in hoc titulo propositam, Concessionem scilicet, de qua loquimur debere interpretari largè, si detur non expressis personis absolvendis, si vero hæ personæ exprimantur strictè, vel largè, iuxta duas probabiles sententias, iam dictas.

17. Profecto utilis est hæc doctrina, sed quia in casu hoc de delegatione, ad absolvenda reservata, tota res pedit ab intentione concedentis potestatem, idè à tenore concessionis, à forma petitionis, iuxta quam Superior facultatem date præsumitur, & verbis in contextu dictæ Concessionis appositis, & similibus, qualitas, & quantitas, licentiæ mensuranda est; quæ omnia maxime ex mox dicendis, præsertim §. 3. non parum explicabuntur.

Occasione ejus, quod dictum est num. 6. quærimus universatim, an ignorans licentiam ipsi datam absolvendi à reservatis, valide absolvat?

18. Figuremus casum in sequentem modum. Ego, sive quia Bulla Cruciatæ fruor, sive, quia obtinui facultatem à Superiore, ut absolvar à casu reservato, per eum Confessarium, quem elegero, ipsum eligo, & sine dolo, sed ex ignorantia, illi non manifesto ejusmodi potestatem, ipse item, ex pari ignorantia, me bona fide absolvit, inquiri, summe directe absolutus à prædicto casu reservato.

19. Respondeo, De hac quæstione interrogatus nudius tertius quidam Theologus, dixit, per se loquendo esse absolutum, addiditque hæc esse opinionem Suarii, l. 8. de leg. c. 25. n. 16. & Merollæ, tom. 3. disp. 6. c. 6. à n. 94. usque ad 100. Ratio, (dicebat) est, quia effectus prædictæ licentiæ Superioris, vel Privilegii nequit impediri per ignorantiam Confessarii, posita enim electione dicti Confessarii, Summus Pontifex, vel Superior censetur electo Sacerdoti Iurisdictionem conferre. Dixit (per se) nam per accidens posset esse invalida Confessio, si nimirum pœnitens animadverteret Confessarium ignorare suam Iurisdictionem, & tamen procedere ad Absolutionem, tunc enim graviter Confessarius peccaret; & item pœnitens, cooperando, unde hic non esset dispositus, ad Absolutionem recipiendam.

20. Verum hæc doctrina mihi valde difficilis est. Nam nemo acquirit Iurisdictionem ullam, sive contentiosam, sive voluntariam, nisi illam velit acquirere, seu, nisi illam acceptet: at hic Confessarius electus, cui non manifestatur, ipsum electum fuisse, nondum accepit Iurisdictionem: ergo, quæ ratione iuridicè absolvet? sane fac Episcopum, & legisse, & approbasse in Confessarium: Si interim, dum tu nullo modo noveris ejusmodi electionem, bona fide absolveres aliquem à mortalibus, num valida directè esset Absolutio? non utique, siquidem tu nondum acceptasti Iurisdictionem & fortasse nunquam acceptaturus sis, quia v.g. non vis officium Confessarii exercere.

21. Confirmatur. Quærent Sanch. alique apud Castropalaum l. 6. cit. d. 2. p. 13. §. 11. n. 6. & Dianam p. 11. tr. 3. resol. 32. & nos infra dicemus l. 8. de matr. tr. 6. de solemn. n. 2. §. 5. n. 7. An: si licentiam assistendi Contractioni Matrimonii datam à Parocho Sacerdos ignoret, validè assistat matrimonio? & Responderet, invalide assistere, quia eam licentiam, seu Iurisdictionem, nondum habet donec acceptet, acceptare autem legitime non potest dum eam datam esse nescit: Esto teneant, si eam per Nuntium petiisset, indicandum fore iam accepisse in acceptance Nuntii, ut etiam nos modò diximus n. 10. Porro ex hac doctrina, clare sequitur, idem esse dicendum in casu nostro: invalidam scilicet fore illam absolutionem de reservatis, dum supponimus Sacerdotem, nec per se, nec per suum Nuntium Iurisdictionem accepisse.

22. Ad auctoritatem Suarii, & Merollæ, non loqui, quando Privilegium concessum est toti Religioni, dum illud tamen operatur, sed certe, tunc non de gionem proficitur, tacite acceptat omnia ejus privilegia: Et de hoc casu, loqui Suar. l. c. pater ex lectissimis citati ipsius & ex De Lugo disp. 19. de par. ad n. 13. stante ipsum de hoc loqui.

Hanc nostram sententiam sequitur P. Tancher Conf. mor. disp. 2. q. 16. dicens, hæc esse probabilior, quod tamen ego significare non possum.

23. P. Bardi in expos. Bull. Cr. p. 2. tit. 3. n. 1. scilicet dem sententiam tenet in expositione Bullæ Cruciatæ distinguit tamen, asserens, quod dictum est, in Iurisdictione, non autem de Approbatione, quæ in per Tridentin. requiritur in Confessario. Si quis haberet (ait) Iurisdictionem, eamque sibi inesse sciret, haberet dictam Approbationem Episcopi, quæ tamen habere nesciret, validè absolveret, quia Approbatione mera testificatio idoneitatis sacerdotis, cuius cognitio vel acceptatio nullo iure requiritur ad validitatem absolutionis, iuxta illud iuris privilegium quod affertur totolus in l. 8. de off. Prior. Sanchez l. 6. de par. disp. 37. n. 8. alique Ignorantiam non acquiritur, seu potest Iurisdictionem, quod dictum non invenitur de Approbatione. Hanc disparitatem inter Iurisdictionem & Approbationem impugnat P. Mendo allat. à Bar. in editione, dicens, etiam Approbationem debere Confessario notari; quia etiam ipsa pertinet ad Iurisdictionem; id quod certe tenendum est, & omnino collendum in praxi.

§. II. An per licentiam concessam absolvendi à reservatis valide ea peccata absolvantur, quæ fuerint commissæ in confidentia licentiæ concedendæ?

1. Respondeo, Absolvi. Ita Sanctatellus, de lib. cap. 8. d. 1. c. 10. Bosius, de lib. l. 1. c. 1. & p. 1. sim. Ratio est: quia confidentia non tollit potestatem quæ datur, sive à Iubilæo, sive à Bulla Cruciatæ à Prælati. Excipe, nisi expresse contrarium exprimitur in licentia: nam propterea, quia in Bulla Compositionis exprimitur, non concedi beneficium Compositionis usurpanti bona incerta ex Confidentia, sed prædictæ Compositionis: ideo tunc Bulla rapientis dicta certa bona ex dicta Confidentia non suffragabitur, & quæ hinc ducitur Confirmatio nostræ Responsionis, & enim, quando volunt Superiores id negare, & expresse negant, signum satis probabile est, quod si expresse id negent, concedant.

§. III. De peccatis reservatis post licentiam Absolutionis commissis.

1. Si pœnitens post impetratam licentiam, ut absolvetur à reservatis, nulla alia nova reservata committat, potest per illam licentiam absolvi, etiam plures annos, etiam si mortuus sit, vel amicus absque Superior, qui illam concepit, Quinamada, de par. singul. 1. n. 9. & De Lugo, de par. disp. 10. n. 125. Rati ducitur ex illa communi sententia, quod, quando per gratia facta, quales solent esse ejusmodi licentiæ, limitatione alicui pœnitenti, concessæ, non expresse morte concedentis, sed ex se sunt perpetuæ, & immutabiles non revocantur, ut habet Sanch. l. 8. de matr. disp. 1. n. 85. & nos infra lib. de matr. tr. 1. c. 3. dicens De licentia autem loquor, quæ non est addita temporis. Nam licentia concessa in Bulla Cruciatæ, cum sit dicta vni anno, in eo vno anno illa durat, ut patet de re.

2. At si pœnitens nova peccata reservata committat postlicentiam impetratam, debet quæstio resolvi, perpen-
sæ concedentis intentione, perpen-
sæ concedentis intentione, perpen-
sæ concedentis intentione, perpen-

3. Omnis autem alius sententia, fusc' relatis à De Lu-
go l.c. n. 120. dico cum eodem, debere distingui duos
modos, sub quibus dari solet hujusmodi licentia à Supe-
rioribus, de qua hic loquimur. Primo, quando, five Con-
fessario, ut absolvat, five pœnitenti, ut absolvatur, datur
licentia ad absolutionem talis vel talis peccati, & tunc
non extendi eam concessionem ad commissâ post
datam licentiam. Manifesta est ratio: quia in hac forma
concessionis se Superior restringit ad tale, vel tale peccatû.

4. Hinc Primò, si petas, sic *Volo absolvi à quodam pec-
cato reservato*, vel Confessarius petat: *Volo absolvere
quendam à peccato reservato*, & annuat Superior, non po-
teris absolvi, vel absolvere à peccato reservato commissio
post dictam concessionem, neque à commissio post tuam
petitionem, seu postquam mandasti Confessario, ut eam
licentiam peteret. Ratio est, quia concessio intelligitur
facta iuxta petitionem; petitiò autem, & mandatum
ferunt de tali quodam peccato.

5. Hinc secundo, quando ejusmodi licentiæ concedun-
tur per Sacram Pœnitentiarum, & petitiò fuit facta pro
aliquibus peccatis, concessio autem fiat cum illa clausu-
la, *Super præmissis, seu à præmissis*, non conceditur li-
centia absolvendi à peccatis reservatis commissis post
licentiam impetratam, vel postulatam, quia hæc non fue-
runt Pontifici enarrata, ipse autem concedit super præ-
missis, id est, super enarratis. Neque obstat, quod, ex
vi Bullæ Cruciatæ, possint absolvi peccata reservata
commissa, etiam post sumptam Bullam, quamvis com-
missa ex ejusdem Bullæ confidentia, ut modo §. 2. ita-
minimus, non obstat, inquam, quia in hac potestate ab-
solvendi à reservatis, nullam restrictionem Bullæ tenor,
apponit in nostro casu.

6. Sed accedamus jam ad secundum modum. Quando
enim licentia sine mentione implicita, vel explicita talis
peccati concessa est, five pœnitenti, ut absolvatur, five
Confessario, ut absolvat, etiam si addatur (pro hac vice)
videtur posse ille absolvi, & hic absolvere à reservatis
commissis post ejusmodi licentiæ concessionem, imò, &
post ejusmodi concessionis acceptionem, dummodo
peccatum reservatum iteratum fuerit ante collatam ab-
solutionem. Ratio potest esse, quia hæc formula con-
cessionis non se arctat ad sola commissas, sensus enim est,
una vice, illum à reservatis absolvas: At iam ille sic, una
vice, absolvitur. Vnus tamen scopolus est hic maximè
declinandus, scilicet ne in longum tempus differatur
Confessio, de qua re mox n. 10. Dixi autem (*videatur*) nam
præcis hujus doctrinæ semper mihi scrupulosa visa est.

7. Hinc prudenter se gerat Confessarius petens à Su-
periore, vel à pœnitentia ejusmodi licentias, & ne illas
postulet eo modo, quo dictum est n. 4. & 5. Imò, neque
hoc modo dicto num. 6. ne scilicet scrupulis subjaceat
concessio, sed pro omnibus commissis reservatis, quæ
tempore Confessionis invenerit.

8. Dices, ex hac posteriore parte sequuntur duo ab-
solutæ. Alterum, dari ansam huic pœnitenti, ut committat
ante absolutionem illa reservata, quia iam est securus de
certum omnium absolutione. Alterum; posse differre
dum Confessionem, & interim multa reservata eadem spe
confidenter admittere.

9. Respondeo, ad primum, id per accidens esse. Et sanè
sicut simile quod potest occurrere accipienti Bullam
Cruciatæ, vel aliud Iubilæum, & tamen id non iudica-
tur absurdum, quia iudicatur maius bonum, quod subdi-
na, liberetur à suis peccatis, & non abeat in desperationem,
quam quod permissio hæc sit occasio per accidens
peccandi. Ita in casu nostro, &c.

10. Ad secundum dico. Cum illa verba sub tempore
præsentis dicta (*Do licentiam pro hac vice*) sint accipientia
moralis modo, semper per illa intelligitur decerni tempus
competens, & rationale sed ad ejusmodi absolutionem

Pari III.

impetrandam, non vero quocumque: unde, quia tota
hæc res dependet, ut dixi, ab intentione concedentis il-
lus (*Do tibi licentiam pro hac vice*) moraliter acceptum,
& iuxta mentem rationabilem dantis intellectum, vide-
tur significare dari licentiam pro quocumque etiam lon-
gissimo tempore, si nova reservata non admittas; quia ex
vna parte ut dictum est n. 1. est gratia facta, & ex alia
non est ratio; unde dici possit, gratiam illam fuisse in
hoc casu coarctatam ad tempus: At vero si nova admit-
tas, intelligendum est, dari licentiam pro tempore
præsentis, vel quod præsentis, prudentis iudicio, omni-
bus circumstantiis expensis æquipolleat, quia, sic præ-
sumitur esse rationabilis voluntas licentiam ejusmodi
concedentis, ut dictum est.

11. An petens à Superiore licentiam, ut absolvat à re-
servato, intelligatur posse etiam ipse petens absolvi?
Negativè respondet pro nostris ex Societ. De Lugo de
pœn. disp. 20. n. 19. & Dian. p. 1. r. 8. ref. 48. fin. pro aliis;
expendi debere usum Religionis &c. Lege ipsum.

§. IV. An peccata oblita in Confessione valida remaneant
reservata.

1. Titius, tribus v.g. peccatis reservatis infectus, con-
fiteatur sine fraude duo, oblitus nimirum unius,
absolutionemque à potente absolvere reservata, reci-
pit: Inquiri, An hoc unum remaneat reservatum, ita ut
Titius pro illius absolutione confugere debeat ad Supe-
riorem, seu potentem absolvere reservata, an satis sit,
eam petere à quocumque communi Confessario?

2. Triplex est sententia, prima Suarii, de pœn. disp. 3. r.
sect. 4. n. 12. docentis reservationem ejusmodi casus
obliti cessare, non quidem semper, sed solum, quando
pœnitens accedit ad Superiorem modo quodam extra-
ordinario, hoc est, in ea circumstantia, in qua appareat ex-
pressè, vel tacite peti ab ipso absolutionem reservato-
rum, ut si, subditus tempore Iubilæi accedat ad deponen-
da peccata apud Superiorem; non autem cessare, quando
accedit ad eundem, more ordinario, pro Confessionibus
quotidianis & solitis. Ratio est, inquit, quia in postero-
re hoc modo nulla implicita voluntas est tollendi refer-
vationem: adeo vero, saltè tacite in priore; siquidè tunc Su-
perior vult, ut pœnitens fruatur omni privilegio Iubilæi.

3. Secunda est Vasquez de pœn. ad q. 91. art. 3. dub. 5.
docentis cessare quidem reservationem prædictam,
quando pœnitenti concessa est facultas eligendi Confes-
sarium, per quam possit à reservatis absolvi, perinde,
accidit, quando pœnitens suscipit Bullam Cruciatæ, vel
Iubilæum, non vero, quando ipse pœnitens recurrit ad
Superiorem, ut apud ipsum Confessionem exhibeat. Ra-
tio est, inquit, quia in priori casu, præsumitur Superior
per Bullam, vel Privilegium concedere, quantum potest,
atque adeo præsumitur tollere reservationem casus quam-
vis obliti: at in posteriore non præsumitur, quia illud
peccatum oblitum non venit in iudicium, nec pro illo
pœnitens accipit à Superiore remedia sui peccati, qui vi-
detur finis reservationis, & ex alia parte tunc Superior
non exercet suam potestatem tollendi reservationem.

4. Tertia sententia est Iohannis De Lugo, disp. 20. sec. 7.
de pœn. n. 85. & deinceps. Castrop. de pœn. punct. 15. §. 6.
n. 3. quibus adde plures apud Avers. q. 17. de pœn. sec. 8. &
ap. Bossium de Iubilæo sect. 1. casu 29. Dicastill. apud Dia-
nam p. 1. r. 8. ref. 28. ubi disputat, an habens licentiam
te absolvendi pro hac vice, possit & vi talis licentiæ te
ab oblitis absolvere, aliorumque plurium, dicentium,
semper tolli reservationem, modo bona fide, ut dictum
est, illud peccatum sine culpa taceatur: Sicuti per eos-
dem, imò, etiam, per Suarium, Vasquez, tollitur Cen-
sura, seu excommunicatio reservata ab eo qui illam in-
culpabiliter oblitus, absolvitur à Superiore legitimo per
absolutionem à Censuris generalem. Ratio hujus tertiæ
sententiæ est, quia posito quod is, qui tunc absolvit, ha-
beat potestatem absolvendi à reservatis, præsumitur vel-
le absolvere, seu remittere, quantum potest, & quantum
item potest prodesse pœnitenti. Cum ergo possit refer-
vationem tollere non est, cur non tollat.

G 3

§. Dico

5. Dico (*Quantum potest*) nam, ut modo diximus, remanet in hoc pœnitente obligatio confitendi directe apud legitimam ordinariam Confessionarium hoc peccatum, sicuti alia peccata obligatio, cum sit à Christo Domino indulta, non potest tolli ab illo, qui solum absolvit illud peccatum indirecte, & superius nunc, solum, abstulit reservationem, quam conferre poterat, non vero directe absolvit peccatum, quod sibi non fuit expositum. Hæc sententia ceteris videtur probabilior, atque ex eius ratione facile fundamentis duarum præcedentium responderi potest.

6. Inquires. Cuinam Confessario est deinde aperendum ejusmodi peccatum oblitum? certum enim est, ut dicimus, debere subdi clavibus, ut directe absolvatur. Respondeo. Non necessario opus erit illud aperire Superiori, vel ejus Delegato potenti absolvere à reservatis, quia iam reservatio est ablata, ut dictum est: sed satis erit si subdatur Confessario communi approbato valenti absolvere à mortalibus, nam non sufficit, si subdatur Sacerdoti simplici, hic enim non habet potestatem absolvendi directe mortalia, sed solum venialia, ut expresse docet Delugo l. c. num. 8. cum Suario, & Vasquez, & nos item iudicamus in *Methodo Confessionis*, lib. 2. c. 10. §. 3. à n. 55. in fine.

§. V. An enarrata in Confessione invalida remaneant reservata. Quid de oblitis in eadem?

1. Dico Primo, Si Confessio fuit invalida, quia dolose tacuisti, vel peccatum aliquod reservatum, vel aliquod mortale non reservatum, non cessabit ejus reservatio, ut docet ibidem De Lugo, n. 106. quidquid benignius videatur concedere Castr. de pœn. p. 15. §. 6. n. 2. Ratio est, quia præsumi, nec debet, nec potest, Superiorem velle tollere reservationem ab eo, qui sic fraudulenter se gerit.

2. Dico secundo, cum eodem n. 102. Confessio fuit invalida ob alia capita, ob defectum v. g. doloris, seu propositi, valde probabile est, tolli reservationem illorum peccatorum, quæ confessus est apud potentem absolvere à reservatis. Ratio est: quia licet ab illorum reatu absolutus non faciat propter Confessionem invalidam, tamen jam tunc Superiori presentati, ab eo pœnitentiam, & medicinam de ejusmodi reservatis recepturus, ergo non est, cur reservatio auferenda non sit. Notat vero ibidem recte ex Vasquez De Lugo te debere observare, quæ imposita tibi fuerint in illa Confessione, quamvis invalida, quia sub onere illa præstandi, videtur Superior, eam reservationem abstulisse.

3. Atque id verum est, etiam, quando ejusmodi Confessio facta invalidè fuit apud Delegatum, v. g. apud Confessarium electum per Bullam Cruciatæ, vel apud Confessarium à Prælato tibi concessum, ad Absolutionem peccati tui reservari. Nam licet ii Delegati non habeant potestatem absolvendi, nisi in Sacramento Pœnitentiæ, quod in hoc casu supponitur invalidum, tamen ex usu, & benignitate Ecclesiæ, ipse Superior intelligitur tollere reservationem illam, quoties pœnitens se præsentat Delegato legitime constituto ab eodem Superiore. Ita Trullenchi, de Bull. Cr. lib. 1. §. 7. c. 2. d. 3. Castrop. de pœn. pu. 15. §. 6. n. 5. De Lugo de pœn. disp. 20. sec. 7. alique ap. Dian. p. 1. tr. 11. num. 18. & p. 3. in addit. resol. 16.

4. Si in Jubilæo simile quid occurrat, ex alio capite potest evenire, ut in casu, de quo loquimur, non tollatur reservatio, quia nimirum ex vera sententia in Jubilæo requiritur Confessio valida, saltem, quando quis peccatis mortalibus aggravatur: Si ergo Confessio tunc est invalida, tu non lucraberis Jubilæum, & consequenter, nec Jubilæi beneficiis, inter quæ est ablatio reservationis, si frui poteris.

5. Comitulus, in resp. moral. l. 1. q. 30. & Henric. l. 7. c. 11. n. 4. tolli etiam in Jubilæo, prædictam reservationem pu-

tant quibus non assentior, quia etiam, si probabiliter Confessionem non requirit ad Jubilæum acquiritur eo, qui non habet mortalia, at in eo, qui in Jubilæo requirit omnino, nec sufficere contritionem, per De Lugo, de pœn. disp. 17. n. 103.

6. Dico tertio. Difficile mihi est, decernere an reservatio peccati bona fide obliti, atque adeo, quæ quis non confessus est, tollatur in his Confessionibus validis ex proxime dictis capitulis. Nam, ex una parte is non accipit Pœnitentiam, vel remedia à potestate absolvi, ut fuit in casu n. 2. quia non enarravit peccatum reservatum, cuius per inadvertentiam oblitus est, ergo non poterit gaudere benignitate dictæ alia parte, ipse nam se præsentavit Superiori vel ejus Delegato, paratus illud peccatum enarrare, si oblitus fuisset, ergo non videtur privandus dicta benignitate Ecclesiæ qua reservatio peccatorum oblitum tollatur, ita tenet Delugo de pœn. disp. 20. n. 106. Verum ego hæreo quia esse paratum, non videtur esse ad hoc sufficiens decernunt sapientes.

§. VI. An cum quis absolvitur, remaneat absolutio excommunicationis oblitæ.

1. Hactenus egimus de peccatis oblitis, nunc tractemus de oblitis excommunicationibus dictam An, scilicet quando Confessor præmittit Absolutionem à Censuris per illa, vel similia verba *Absolve te à* excommunicatione, in quantum possum, & indigeatque Absolutionem à peccatis, an, inquam, per prædictam Absolutionem deleatur excommunicatio, per pœnitens erat irretitus, sed ejus inmemor, Confessor nequaquam aperuit.

Respondeo, ut dixi, Lib. 2. meth. conf. cap. 1. §. 1. n. 55. posito quod Confessarius habuerit potestatem seu Iurisdictionem ad ejusmodi excommunicationem auferendam, deleri: unde postea pœnitens illiusmodi, illius Absolutionem non indigebit. Ratio est, quia Confessor semper habet, habereque debet intentionem simpliciter, absolutam absolvi quantum licet potest, servandique partes omnes officii sui quas non licet, si absolvere intenderet à peccatis, & non Censuris, quod propter eandem rationem est verum, non solum in Confessario ordinario, sed etiam in Delegato, notat Coninch. disp. 8. de pœn. de 12. n. 94. Castrop. de pœn. p. 15. §. 6. n. 3.

Si Confessarius careat Iurisdictione ad absolventem eam excommunicationem oblitam, illam non debet nimis manifestum. Quare quando ea in membris vocabitur, legitimo Superiore indigebit.

2. Dixi (*quantum licet potest*) quare, si in prædicto, seu in Jubilæo esset forma, ne possit licet quæ absolvi, nisi aliqua conditione adimpleta, v. g. nisi satisfacta parte, non conferretur Confessor per illud oblitum, nisi omni excommunicatione, absolvi, si parti minime satisfactum, ut recte notat De Lugo disp. 16. sec. 11. Ratio est, quia ut dictum est, Confessor solum habet habereque præsumitur intentionem absolvi quantum quantum valide, & licet potest.

3. Petes si Confessor absolvere potens, absolvi peccatis, dicendo *Absolve te à peccatis tuis*, nulla præmissa formula Absolutionis à Censura, ut eia, non solet in brevibus Confessionibus, & non raro, iniculo mortis, remanebitne ignarus suæ, immo, & nescius, si tamen propter imminentem mortem loquitur, potest, remanebitne, inquam, absolutus ab illa Censura Confessarius potest absolvere?

4. Respondeo, Remanentem, ut docet Suarez, de Censur. disp. 10. sect. 3. num. 9. Ratio est, quia in illa *Absolve te à peccatis*, involuitur Absolutio à quocunque vinculo nato ex peccatis, atque adeo à Censuræ; Cum igitur ejusmodi Confessor supponatur velle licet fungi suo munere, supponitur etiam absolute vinculo Pœnitentem absolventem loquentem

gis id erit in articulo mortis, si tunc expresse absolvens intendat per illa verba sola, *Absolvo te a peccatis*, absolvere etiam à Censuris. Ad maiorem autem certitudinem, sic absolvat, *Absolvo te ab omnibus Censuris, & peccatis*, quia certum est, illud, *Ego te absolvo*, sufficere ad absolutionem peccatorum, quod non est ita certum, licet sit probabilissimum, sufficere etiam ad absolutionem Censurarum.

§. VII. *Casus reservatos, qua ratione possit quis fieri Superiori, vel Inferiori Delegato.*

Quandoquidem plures firmiter jam est supra, posse Superiorem vel immediate per se, vel per suum Delegatum casus reservatos absolvere, quæret aliquis, an qui habet casus reservatos, possit hos solos fieri Superiori potestatem habenti illos absolvere, & ab ipso absolvi, ac pro cæteris remitti ad inferiorem, vel contra fieri solos non reservatos inferiori, qui absolvat, remittatque pro cæteris reservatis ad Superiorem.

1. Dico, ut jam dixi lib. 2. meth. Conf. c. 10. §. 1. n. 27. absolute id fieri non posse. Ratio est, quia esset dimidiare Confessionem sine necessitate. Quare in hisce eventibus, vel Superior audiat omnia, & absolvat, vel audiens reservata extra Confessionem, tollat reservationem, seu mittat ad inferiorem, cui conferat potestatem absolvendi à reservatis. Si vero sit inferior, mittat penitentem ad Superiorem, vel ipse adeat, impetretque potestatem & deinde rite absolvat. Ita Coninch. disp. 8. de penit. dub. 13. num. 100. Præpositus, de Conf. §. 1. dub. 9. alique passim, quidquid dicat Cajetanus, in summa V. Conf. §. 1. 10. qui ait, contrariam esse Romanæ Curie consuetudinem, in qua discutienda inquit, non oportet nimium sapere, quidquid inquam, dicat. Nam consuetudo illa solum est, quoad tollendas Censuras reservationem, non vero quo ad absolvendum sacramentaliter.

2. Dixi autem (*absolute*) nam, si aliqua necessitas regeret, posset, ut si v. g. penitens non posset adire inferiorem, sed solum Superiorem, qui tamen Superior propter aliquod grave impedimentum, v. g. articulum mortis, non posset omnia peccata audire, &c.

CAPUT X.

Agimus de absolutione reservatorum Iure delegationis in particulari.

1. **H**is in univversum explicatis, exposcit ordo, & facilitas doctrinæ, ut de Delegationibus in particulari differamus.

Et quidem si reservatis, seu Superior concedat facultatem alicui v. g. Confessario ad absolvendum hunc peculiarem penitentem, seu excommunicatum, dicitur is Confessarius habere specialem delegationem. Huc reducere libet facultatem, concedi solitam à Pontifice in tubileis secundum varios, modo amplios, modo limitatos eorum tenores. Si vero prædictus Superior det facultatem generalem circa casus, vel excommunicationes reservatas, dicitur, is Confessarius habere delegationem univversalem.

2. Porro de speciali Delegatione certa regula dari non potest, nisi ea; Vt serventur illa, quæ talis delegationis tenor præscribit. At generales Delegationes, de quibus certa doctrina potest, quatuor, hodie invenimur.

Prima, in Tridentino, quod concedit Episcopis potestatem absolvendi omnes casus occultos.

Secunda, in privilegiis concessis à Pontifice Regibus.

Tertia, in eodem Tridentino, quod confirmat consuetudinem Ecclesiæ, qua quilibet Sacerdos in casu articuli mortis, modo jam explicando, absoluit ab omnibus casibus, & excommunicationibus.

Quarta, in Bulla Cruciatæ.

De his igitur nostrum erit hic breviter differere: In hoc capite de prima dicam; deinde, in suis distinctis capitibus, de cæteris.

§. Vnicus. *De Delegatione concessa Episcopis à Tridentino circa casus, excommunicationesque reservatas, & occultas.*

1. **T**ridentini verba sunt hujusmodi sess. 24. cap. 6. de reformat.

Liceat Episcopis, &c. in quibuscunque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis delinquentes quoscunque sibi subditi in diocesi sua per se ipsos, aut Vicarium, ad id specialiter deputandum in foro Conscientiæ, gratis absolvere, imposita penitentia salutari. Idem, & in hæresis crimine, in eodem foro conscientiæ, eis tantum, non eorum Vicariis sit permittum.

Hactenus Tridentinum: in cuius verbis aliquid specialiter, & sigillatim adnotemus.

EPISCOPI.

2. Nimirum illi, sive Episcopi, sive Archiepiscopi (atque hi etiam ante usum Pallii qui habent subditos, non vero mere Titulares.) Confirmati item, etiam ante Consecrationem, (sed qui possessionem habeant sui Episcopatus, seu Archiepiscopatus, ut ex C. *luctu de elect. inter exravag. comm. 2.* notat univversaliter Azor. p. 1. l. 7. c. 1. quæst. 2.) hic comprehenduntur, quia hæc potestas absolvendi, de qua loquimur, est iurisdictionis, non Consecrationis. Lege Merollam. 2. disp. 4. c. 6. n. 132. & Præposit in 3. part. quæst. 5. de irreg. dub. 1. c. 81.

3. Plures Doctores affirmant, venire hic omnes habentes iurisdictionem, quasi Episcopalem, etiam si careant territorio, quales sunt Superiores Conventuales in Ordine ad suos Religiosos. Sed de hæc vide paulo post cap. 11. §. 1. num. 11.

IN QUIBUSCUNQUE CASIBUS OCCULTIS.

4. Delictum tunc est occultum in hac materia, quando non est notoriè divulgatum, & potest tergiversatione cæteri. Quamvis ergo possit per paucos testes probari, occultum erit. Ita cum aliis Bardi, in Bulla, Cruc. part. 2. tract. 6. cap. 1. sess. 10. num. 97. & Leand. d. 17. de excom. quæst. 47. sed nos univversaliter de hoc agimus in nostro Decalogo, lib. 9. cap. 3. §. 2. à n. 9. & tandem hanc regulam dedimus, Vt illud delictum sit publicum in re, de qua agimus, quando prudenter, & ex circumstantiis iudicatur, illud facile fore communiter evulgandum: quare illud erit occultum, quod ejusmodi non est. Legatur item Fagund. præc. Eccl. 2. lib. 8. c. 8. à n. 23. & 26. qui etiam, valde probabiliter docet, delictum deductum ad forum exterius, sed quod non fuit probatum, esse occultum, Imò, & postquam est publicum, posse ab Episcopo absolvi, docet Leand. loc. c. quæst. 57. contra Suarium, aliosque non paucos, sed citans pro se Sanchez, aliosque.

5. Illud hic adde. Quid enim, si publicum sit delictum in una Civitate v. g. Romæ, & petatur à penitente Absolutio hic Panormi, ubi ejusmodi delictum est occultum, nec de proximo erit probabiliter evulgandum poteritne absolvi? Respondeo. Vtrumque esse probabile puta, posse, & non posse. Ratio, quod non possit, est, quia jam non est occultum delictum. Ratio, quod possit est, quia cum hic Panormi sine illo inconveniente habeatur à populo, ut innocens, delictum erit occultum in Ordine ab finem, quem requirit Ecclesia, qui est, ne alii scientes illud absolvi ab Episcopo, concipiant facilitatem incidendi in reservata Pontifici. Adde potestatem hanc absolvendi, utpote favorabilem, esse ample interpretandam.

An, & quando Episcopus possit casus excommunicationesque publicas absolvere, dicam infra c. 12. §. 2.